

A Bz. In quo cōsistat, *Venit rem.* Est autem nihil aliud, quam rem esse aptam fundare vel efficere vel erminare veram sui cognitionem.
vel quid sit rem esse? *Falsam rem.* Est autem nihil aliud; quam rem aptam esse fundare vel terminare falsam sui cognitionem, sive, aptam esse videri & cognosci, aliter quam est. (d)

3. Ut res à falsitate sive à falsâ sui cognitione falsae dicantur, requiruntur duo:

I. Ut referantur ad id, quod non sunt. Quælibet enim res relata ad id, quod est, est reverà hujusmodi res: Sed dum videtur esse, quod non est, falsa hujusmodi res est. Sicut, Elenchus Sophisticus est falsus Elenchus, quia cum videatur redarguere alterius sententiam, non redarguit: non tamen est falsum, sed verum Sopbisma. Et scortum est falsa virgo; non tamen falsum, sed verum scortum est.

II. Ut habeat quandam similitudinem cum eō entium genere, in quō falso denominantur. Hinc argentum non potest dici falsum aurum, quia non habet eam cum aurō similitudinem & convenientiam, ut aurum esse alicui videri possit. Hinc nec idola, nec ullæ creaturæ possunt dici falsi dii, quia nullam planè similitudinem cum Deo habent, imo increatæ & infinitæ essentiæ DEI multitudō Deorum simpliciter repugnat. At hypocrite rectè dicuntur falsi fideles ac sancti, quia cùm externo habitu omnia agant & præseferant, quæ veri fideles sive sancti agunt, nec ab illis facile discerni possint, non improbabiliter judicantur esse fideles & sancti. Sic falsi Prophetæ dicebantur, qui veris Prophetis assimilabantur, quòd æquè quādam futura prædicarent. *Falsum miraculum,* quod supra naturam divinâ factum est ope; cùm tamen nihil reverà sit præter præstigias. (i)

Propriè. Nam & simplicibus primæque mentis operationi Aristoteles tribuit veritatem, sed id fit impropriè & nat' ἀναλογιαν. Nam veritas propriè dicta non consistit in quāvis conformitate intellectus cum re, sed in eā, quā, quæ unum in re ipsa sunt, componuntur, quæ non unum, dividuntur. Hoc modō enim exponit Aristoteles istam conformitatem, 4. Met. c. 7. in princ. & 9. Met. t. 21. Quod igitur hoc ipso librō t. 22. primæ mentis operationi veritatem quoque tribuit, id fit impropriè & quia est in iis instar veri. Quod ita exponendum nobis videtur: quoniam *compositio* & *divisio* intellectus verae propriè dicuntur, quæ conformatae sunt rei, non præter rationem apprehensioni simplicium etiam veritas aliquo modō adscribetur, quod repræsentet objectum, eique sic sit confirmata.

* Quantum ad falsitatem, ea neque impropriè in primâ mentis operatione sive simplici conceptu reperitur.

Nam simplex conceptus aut repræsentat rem, aut non. Si repræsentat, est verus ejus conceptus. Si non, non est illius rei conceptus. Et per consequens illa res non est ejus objectum.

Quod si hoc, ei conceptui neque veritas neque falsitas tribui potest respectu illius: quia veritas & falsitas non convenient conceptibus, nisi comparatis cum suō subiecto.

** Opponitur autem veritati isti impropriè dictæ ignorantia, nempe apprehensione rei, quod hoc ipso testatur Aristoteles l. 9. Met. t. 22. quando dicit, *in simplicibus verum esse tangere*, id est, percipere rem, ignorare autem esse, non tangere, i. e. non percipere rem. Alia autem est ratio secundæ mentis operationis & complexorum. Quia enim ibi plura sunt, quæ componuntur aut dividuntur, possunt ea repræsentari quidem & significari, atque ita esse objectum, tum secundæ mentis operationis, tum Orationis; ut tamen quoad compositionem & divisionem inter illas & objectum diffinitas intercedat.

Per se. Per accidens enim veritas & falsitas propriè dicta etiam simplicibus conceptibus competit, nempe, si accedit *compositio* vel *divisio*. Si enim conceptum simplicem cum altero componas ita, ut res repræsentatae compositæ sint, veritas est. Si autem compositæ non sunt, falsitas. Similiter, si divididas conceptus, quibus respondent res divisæ, veritas: si divididas, quibus respondent compositæ, falsitas est. (?)

ANNOTATA.

(a) Communissima ac receptissima definitio ritas conformitatis intellectus. Ubi per intellectum est; quā dicitur, quod sit *conformitas intellectus cum re*: addunt nonnulli etiam *Orationis*. Quæ definitio intelligunt quidam intellectum divinum, id quod facit B. Dn. D. Jacob. Martini in part. Metaph. lib. I. ut rectius intelligatur, singulæ illius particulæ pauciores penitus erunt inspiciendæ. Dicitur ergo (i.) ve-

ritas conformitatis intellectus. Ubi per intellectum intelligunt quidam intellectum divinum, id quod facit B. Dn. D. Jacob. Martini in part. Metaph. lib. I. c. 5. qui idcirco expressè scribit veritatem, quod fit, conformitas rei cum intellectu divino; quæ sententia etiam